1. Lege & adde (read and add): 111, 178, 298, 562, 989, 1236.—2. Quæ est summa horum numerorum: 37, 899; 174,910; 846,324; 553,608; 914,000; 101,003?—3. Si e centum & tribus millibus octingentis et viginti duobus démimus sexaginta & septem millia quingenta & undeviginti, quantum superest?—4. Quanto est plus viginti & duo quam duodeviginti?—5. Quot centusses & libellas habet is (he), cui sunt (to whom there are, *i. e.*, who has) tres tésseræ argentariæ centussis unius, duo semi-centusses, sex quadrantes, septem denarii, quinque quinarii atque tres libellæ?—6. Si autem adímimus ei (Dat. of *is*; if we take away from him) centussem semissem, quantum habet?—7. Si duobus centussibus addimus tres quadrantes, unum denarium et tres quinarios, sed démimus semi-centussem, quæ summa superest?—8. Quot sunt unitates in centussi?—quid vocantur?—9. Quotus est numerus qui est post nonagesimum et nonum? Qui numerus est ante hunc?—10. Quot denarii sunt in quincentussibus?—11. Quot quadrantes in decentussibus?—12. Quot quinarii efficiunt bismille sexcentos septuaginta & novem centusses atque quadraginta & quinque libellas?

PENSUM NONUM.

Semel unum est unum	1×1=1
Bis duo sunt quatuor	2×2=4
Ter tria sunt novem	3×3=9
Quater quatuor sunt sédecim	4×4=16
Quinquies quinque sunt viginti & quinque	5×5=25
Sexies sex sunt triginta & sex	6×6=36
Septies septem sunt quadraginta novem	7×7=49
Octies octo sunt sexaginta quatuor	8×8=64
Novies novem sunt octuaginta unum	9×9=81
Decies decem sunt centum	10×10=100
Decies centum sunt mille	100×10=1000
Centies centum sunt decem millia	100×100=10,000
Centies mille sunt centum millia	1000×100=100,000

NOMINA NUMERALIA ADIECTIVA

DISTRIBUTIVA	ADVERBIALIA
singula	semel
bina	bis
terna	ter
quaterna	quater
quina	quínquies
sena	séxies
septena	sépties
octona	ócties
novena	nóvies
dena	décies
undena	úndecies
duodena	duodécies
terna dena	tredécies

DISTRIBUTIVA	ADVERBIALIA
quaterna dena	quatuor decies
quina dena	quindecies
sena dena	sedecies
septena dena	decies & septies
octona dena	octodecies
novena dena	novemdecies
vicena	vicies
vicena & singula	vícies & semel
vicena & bina	vicies & bis
tricena	trícies
quadragena	quadrágies
quiquagena	quinquagies
sexagena	sexagies
septuagena	septuagies
octuagena	octuagies
nonagena	nonagies
centena	cénties
ducena	dúcenties
trecena (tercentena)	trecenties (ter-; tri-)
quadringena (-tena)	quadringénties
quingena	quingénties
sexcena (-tena)	sexcenties
septingena	septingenties
octingena	octingenties
nongena	nongenties (nomin-)
millena (síngula míllia)	míllies
bis millena (bina millia)	bis millies

PENSUM NONUM

Nunc[1] autem scríb*ite*[2] numeros qui sequuntur:* Duo de quinquaginta millia septingenta nonaginta & tria; duobus autem ultimis *sub*scríbite: viginti & quinque, sic:

48,793
25

Vírgulam versicul*is*[3] utr*is*que subiícimus, dein numerum maiorem minore *multiplicâbimus,*[4] sic: quinquies tria sunt quindecim; *restat* unum; quinquies novem sunt quadraginta quinque, & unum sunt quadraginta & sex. *Subnotamus*[5] sex, restant quatuor. Quinquies septem sunt triginta quinque, & quatuor, sunt triginta & novem. Restant tria. Quinquies octo sunt quadraginta, & tria faciunt quadraginta & tria. Restant quatuor. Quinquies quatuor efficiunt viginti, & quatuor, sunt viginti quatuor. *Tota*[6] summa est: ducenta quadraginta tria millia, nongenta sexaginta & quinque.

Quid fécimus?[7] Descrí*p*simus[8] duos versículos numerorum, *álterum* sub *áltero,*[9] dein vírgulam utrisque subi*é*cimus,[10] tandem maiorem multiplicá*vi*mus *per*[11] minorem, atque ita summam totius obtinúimus.

1. Now.—2. Imperative (commanding) plur. *write ye!;* a deponent verb, plur., follow.—3. Dative plur. *to both;* we throw under, we underscore; then.—4. We *shall* multiply; thus; *re*-stat, remains.—5. We mark down. —6. *-us, a, um,* whole, entire.—7. *Facio* in past (perfect) tense, *what have we done?*—8. From *scribo,* (see 2), I write, and *de,* as *de*scendit *de* , . down, from, *de*scribe, write down, in past tense, we have written down.—9. One under the other.—10. Past tense of *subiicimus* (see 3), we have thrown under, we have underscored; finally;*-vimus,* past of *multiplico,* I multiply, like*-bimus* (see 4), which is the *future.*—11. A preposition with Acc. *through, by, with*; the bigger *by* the lesser; *-ius* is the Gen. of *totus.*—12. *úimus,*

* The teacher may dictate other numbers, lest pupils copy from the book.

Nunc eosdem numeros describ*e*mus,[13] et per eosdem minores in viginti quinque partes *dividemus,*[14] sic:

$$28 \mid 48{,}793 \mid 1951\tfrac{18}{25}$$

Dividens (25),[15] in membro primo (48) divid*endi,*[16] continetur semel. Semel 25 e quadraginta octo subtrahimus: quinque ex octo linqu*e*t tria, duo e quatuor, duo. Viginti quinque in viginti tribus non continentur; mutuamur a membro próximo,[17] quod huic adiungimus, fiuntque ducenta triginta & septem; vigintiquinque in ducentis triginta & septem novies continentur; novies vigintiquinque sunt ducenta & vigintiquinque; hæc linquent duodecim; deprómimus[18] novem; 25 in viginti & novem *recurret*[19] quinquies, supersunt quatuor; deprómimus tria; 25 in quadraginta & tribus semel tantum continentur, –sub*tracta,*[20] linquent octódecim. Summa *igitur,*[21] quæ post divis*ionem*[22] superest, est mille nongenta quinquaginta & unum, atque octodecim vigésimæ quintæ.

Numerus denus in centum *absque*[23] residuo decies recurrit. *Quotenus*[24] numerus occurrit bis in decem absque residuo? –Quot centena effiiciunt mille?–Si centum in partes vicenas

past of *obtineo*, to gain, get, receive, *and thus we have obtained.*—13. *-emus*, future tense of describo (see 2 and 8), we shall write down.—14. *-emus*, future of *divido*[3], *si*, *sum*, to divide.—15. The pres. participle of *divido*, *-ens*, *entis*, the dividing one, the one which divides; *membrum*, *i*, a limb, a member.—16. The *fut. passive* participle of *divido*, the one which is *to be* divided, the dividend, it is in Gen. sing; linqu*i*t, the fut. of linqu*e*t.—17. We borrow from the *next* (*-us*, *a*, *um*); which we join to this one (Dat. of *hoc*).—18. *-mo,*[3] *psi*, *ptum*, to produce, fetch, bring down.—19. *-ro,*[3] *recucurri*, *cursum*, to run back, occurs, is found, in fut.—20. The *perfect participle* of sub-*trabo,*[3] *-traxi*, *-tractum*, to draw down, it is *us*, *a*, *um*, drawn, when drawn down, or subtract*ed*, Nom. pl. neut.—21. So then, therefore. —22. *-io*, *onis*.—23. Prepos. w. Abl.; *-duum*, *i*, what is left, remainder, balance.—24. *-us*, *a*, *um*, an interrogative for the distributive numerals.—25.

dividitur *quantæ*[25] sunt singulæ?–Sunt domus quæ singulos caminos, binas ternasque fenestras atque *únicam*[26] ianuam habent. Quid vocantur domus tales?–Sunt etiam domus, quæ habent trinas vel senas fores atque vicenas quinas vel tricenas fenestras; quid sunt domus tales?–Sunt *porro*[27] domus, quæ iuxta se turres centenos ducenosque pedes[28] altas, habent. Rhedas minores equi singuli trahunt, sed sunt currus maiores qui a binis, quaternis vel etiam senis equis trahuntur. Duo equi et unus currus sunt *bigæ*, seu binum *iugum*,[29] quatuor equi simul *iuncti* sunt *quadrigæ*. Bini equi sunt unum *par*[30] equorum, quaterni autem sunt pária bina. Addere, subtrahere, multiplicare & dividere est *putátio*, vel *computátio*.[31]

-*us*, *a*, *um*, how great?—26. -*us*, *a*, *um*, only one.—27. Further, moreover. —28. 200 feet. The question 'How high?' 'How deep;' 'How long?' demand an Acc. in reply.—29. -*um*, *i*, a yoke, *bigæ*, *arum*, is a contraction from *bis* or *bina iuga*, hence *bi-iugis*, *e*; *iuncti*, perf. part. Nom. pl. 'joined,' *quadriga*, *æ*, four in hand.—30. *Par*, *is*, III., n., a pair, *par binum*, a couple of pairs, or, double pair, *paria bina*, two pairs, (*of* horses).—31. -*io*, *ionis*. f., figuring, reckoning, counting.

GRAMMATICA.

DE NOMINIBUS NUMERALIBUS.

The rule of "qualifying" is very strictly followed out in Latin. A numeral noun is qualified by an adjective Thus, *mille*, a noun, will be qualified by *centum*, used as an adjective, or *changed* into an adjective, and we say: *centum* millia, and often *centena* millia. *Centum* millia, in its turn, is qualified by an *adverbial* numeral, thus: *decies* centum millia, or *decies* cent*ena* millia.

From this, and from the text of the lesson, the application of the adverbial numerals will be clearly seen. They answer the English numerals modified by "times," as "three times," *ter*, "five times," *quinquies*. However, Latin too has an expression similar to English "times;" it is *vix*, *vicis*, f. But this being a noun, cannot be used with adverbs, *i. e.*, we cannot say

semel vice, but *una vice*, *duabus vicibus*, or, *vice singula*, *binis vicibus*, *ternis quaternis*, *quindenis*, *vicenis*, *centenis*, *millenis vicibus*.

The distributive numerals, so called, are adjectives in *us*, *a*, *um*. They do not, in fact, "distribute," excepting their English or other translations. They are only the *poetical*, or approximative forms of the cardinals. Among other things they do mean "one by one" as translated into English, but their first meaning is "as many as," or "about." Fabrica habet *quinquagenas* fenestras, means, the factory has as many as 50 windows, or *about* 50 windows. While *quinquaginta* is the exact arithmetical quantity, *quingena* is the approximating quantity. *Centum millia* is 100,000 exactly, or statistically, *centena millia* means "hundreds of thousands," or, "about," "as many as" 100,000. *Singuli equi*, single horses, one horse each, *equus singulus*, one single horse, one horse alone.

Scríbite, subscríbite! This is the mode, manner (mood) of bidding, ordering, Modus Imperativus, or Imperativus, or Imperans. Mark well: It is *always* the 1st person (I) who commands; 2nd, It is always the 2nd person who is commanded to do a thing; 3rd, No other person can either command, or be commanded; 4th, Commanding cannot be done in either the past or the future; it *must be present*; but it may be singular or plur. Excepting *facio* in sing., has *fac!* do! act! make! and two others, the Imperatives are a very simple form:

	I	II	II	IV
S.	multíplic*a!*	óbtin*e!*	scrib*e!*	ex*i!*
Pl.	multiplic*ate!*	obtin*éte!*	scríb*ite!*	ex*íte!*

Multiplicabimus, *linquet*, *recurret*. These are verbs in the *future* time (tense). In English we have no real *future* tense; for which we say: the horse *will* draw, we *shall* add. The former means that the horse has the *will* or *willingness* to draw; the latter is the German *soll*, ought, must; while in Latin we attach certain letters, or syllables, which express the action to be done exactly. These syllables are easy to be remembered.

Let us take the 1st person pl. of all four groups of verbs first.

I	II	II	IV
multiplic*ábimus*	obtin*ébimus*	recurr*émus*	fin*iémus**
we shall manyfold	we shall receive	we shall run back	we shall end

* *Finio*, 4 *vi*, *tum*, to end; a new word, in the place of *éxeo*, which is irregular.

PENSUM NONUM

As it will be seen, the I. and II. receive *abi* and *ebi* syllables, while the III. and IV. only *e* and *ie* respectively. All verbs, unless irregular, follow this rule, as: st*abi*mus, mov*ebi*mus, trah*e*mus, prom*ie*mus, &c. The passive form is just as simple, only changing final *s* into *r*, thus: trahemu*r*, movébimu*r*.

Fécimus, *descrípsimus*, *obtimúimus*. These verbs are in the past tense: *Fécimus* is from *facio;* it is very irregular, and in the fut. it is fac*ie*mus, in the past fécimus. The past forms of the four groups are:

I	II	III	IV
multiplic*ávi*mus	obtin*úi*mus	scrips*i*mus	fin*ivi*mus
we have manyfolded	we have received	we have written	we have ended

The syllable which changes a verb into past is *vi* (ui, psi, xi, &c., according to the nature of the verb), which, like all others, is attached to the stem, thus: nat*ávi*mus, hab*úi*mus, trá*xi*mus.

Dividens, *subtracta*, *dividendi*. The first of these is the *present participle*, the second is the *perfect participle*, and the third is the *future passive participle*.

1. Bear in mind that the *present* participle (English—*ing*) always means the *doer*, the person or thing which acts, while the Englsh signifies partly the action itself, partly the thing *done*. Ex. writ*ing*, means the action, or the thing written; in Latin; scrib*ens*, means the doer. The endings are:

I	II	III	IV
st*ans,* tis,	hab*ens,* tis,	scrib*ens,* tis,	fin*iens*, tis,

They all belong to the III. declension.

2. The *perfect* participle exactly coincides with the English *-ed*, in lov*ed*, or *-en* in writt*en*. The Latin endings are: *tus*, *ta*, *tum* (or, sus, sa, sum), and, as such, they are declined like *parvus*, *magnus*.

I	III
multiplic*atus, a, um,*	scrip*tus, a, um,*
manyfolded	written
II	IV
obten*tus*, *a*, *um*,	fini*tus*, *a*, *um*,
received	ended

3. The *future passive* participle has no equivalent in English. It means

the *thing to be done*, but is an adjective, and hence in English it would go before the noun, something like: *the to be hitched* horse, equus currui *iungendus*. The endings:

I	III
multiplic*andus, a, um,*	scrib*endus, a, um,*
II	IV
hab*endus, a, um,*	fin*iendus, a, um*

Divisionem. This noun is derived from the *supinum* of divido[3] divisi, divi*sum*, substituting *io* to *um*. Almost any verb will admit such trasformation if it has a supinum. Thus: subtraho[3] xi, ctum, *subtractio;* addo,[3] addidi, additum, *additio;* facio[3], feci, factum, *factio;* traho[3] traxi, tractum, *tractio*, &c. They all are fem. nouns of the III.

EXERCITIA SCRIBENDA
AD PENSUM NONUM.

1. Isti numeri sunt leg*endi*: 37x12; 143x25; 80x40; 58x13.—2. Tria, tribus multiplic*ata* quantum est (*how much*)?—3. Qui est numerus, qui, per se (*by itself*) multiplicatus, centum, efficit?—4. Habúimus centum septuaginta quinque centusses atque sexaginta tres libellas, summam hanc divísimus inter tres: quantum habébimus singuli (*each*) ?—5. Suntne octódecim *tótidem* (as much, as many) atque (*as*) bis duodena ?—quid *interest* (what is the difference) ?—6. Quanto est plust quadraginta octo quam quater duodena ?—7. Quantus est numerus ubi unum ternæ nullæ sequuntur.—8. Si numerum per eundem (by the same) numerum multiplicábimus per quem divísimus, quam summam obtinébimus?—9. Divide 1326 in 13 partes!—10. Quo numero divid*e*mus 99 absque resíduo?—11. Si nullam unam nullis duabus (2 Dat.) áddimus, quid habébimus? (Ans. *Nihil,* nothing!).—12. Quot sedécimæ sunt in uno toto?

PENSUM DECIMUM.

Una 24-ta pars diéi est una hora. Hæc in partes 60 *dispéscitur,*[1] quæ *minuta* prima appellantur. Minut*um* primum *idéntidem*[2] in partes 60 *abit,* quarum síngulæ[3] minuta secunda *áudiunt.*[4] Quod minuto secundo est brévius, seu quod est brevissimum, *momentum* appellamus. Momentum est *tempus*[6] brevissimum.

Duos dies vocamus *bíduum,*[7] tres *tríduum,* quatuor *quatriduum,* septem autem unam *septimanam*[8] vel *hebdómadam.* Síngulus septem dierum nómine *próprio*[9] *gaudet.*[10] Nomina dierum septimanæ sunt sequen*tia*:[11]

dies *Solis*[12]
dies *Lunæ*
dies *Martis*
dies *Mercúrii*
dies *Iovis*
dies *Véneris*
dies *Saturni*

1. *-octo,*[3] *-pestum*, *i. e.*, dividitur; *-tum*, *i*, perf. part. (here a noun) of *minuo,*[3] *ui*, *utum*, to diminish, make smaller, a *first* minute.—2. Adv. again, similarly; *ab-* eo,[4] ivi, itum, to go away, go apart, is divided.—3. Each of which; *minutum secundum*, secondary minutes, *a second.*—4. *-io,*[4] *vi*, *tum*, to hear, to answer a name, obey "*are called* minutes."—5. Ábl. of "comparison." *i. e.*, *quam* is left out; *-um*, *i*, a moment.—6. *-us*, *oris*, (*o* short), III., n., time.—7. *-um*, *i*, two days, three days, &c.—8. I., a week; I., a week, a Greek word, frequent in Latin; septimana is later, but Latin.—9. *-us*, *a*, *um*, proper, own.—10. *-eo,*[2] *gravisus sum*, to enjoy, intransitive, therefore it demands an Abl.: nomin*e* gaudet, enjoys *with* (having) a name, has a name; it is active, except in *perfect* tense, and its derivatives, where it is *deponent.*—11. Pres. part of *sequor,*[3] *secutus*, a dep. verb, *-ens*, *tis*, Nom. pl., n.—12. The names of the planets (the sun and the moon were like planets in

Septimanæ quatuor, aut dies triginta, fáciunt *mensem*.[13] Menses quoque nomínibus própriis gaudent, quæ hic sequentur:

Mensis	*Ianuárius*	Mensis	*Iúlius*
"	*Februárius*	"	*Augustus*
"	*Mártius*	"	*Septembris*
"	*Aprilis*	"	*Octobris*
"	*Máius*	"	*Novembris*
"	*Iúnius*	"	*Decembris*

Quatuor últimos etiam sic *solemus*[14] scríbere: 7ber, 8ber, 9ber, Xber (vel *-bris*). Duo menses etiam tempus *bimestre,*[15] tres, *trimestre,* quatuor *quatrimestre,* quinque *quimestre,* sex *semestre* vocari solet; menses autem duódecim sunt *annus*.[16]

Quidam[17] menses *con*stant e diebus triginta, álii e triginta et uno, unus Februárius numerat duodetriginta, anno autem *bissextili* undetriginta; dies qui additur est *intercalaris*.[18] Annus con*sistit*[19] e diebus tercentis sexaginta & quinque.

Anni duo *biennium*,[20] tres *tri*ennium, quatuor *quadri*ennium, quinque *quinqu*ennium, decem *dec*ennium, centum *cent*ennium, vel etiam *sæculum* vocari solent.

the astronomy of the Ancients). These names of the week-days date back to the early emperors, when the calendar of Julius Cæsar came into popular use. They are found in *Ausonius* and used by all Neo-Latin nations.—13. *-is, is*, m., a month.—14. *-eo*,[2] *ui, itum*, "I used to . . ," "we are wout to write."—15. Adjectives of two (*-is, e*, ending; in later Latin they are also used as nouns to great advantage, as *bimestrum, trimestrum, quimestrum*, and *semestrum*, (cf. Germ. *semester*).—16. *-us, i*, a year (cf. Eng. *annual*).—17. *Quidam, quædam, quoddam*, some, decl. like *qui, quæ, quod; con* and *sto*, with, together, and stand, stand together, consist; *unus Febr.*, February alone; counts; having *sextæ calendæ Martii* twice (bis), a leap year.—18. The day inserted after the sixth calend of March.—19. *Con- sisto*,[3] *stiti, stitum*, to consist.—20. From *bis* and *annus*, 2 years, 3 years, a hundred years; *-um, i*, a hundred years, a century, the world, hence *sæcularis, e*, a hundred years old, anniversary, also "worldly" (secular), not holy; this

PENSUM DECIMUM

Dies, *quo,*[21] pensum istud décimum scríbimus, est dies Mercúrii, quintus Augusti, ann*i*[22] millesim*i* octingentésim*i* nonagésim*i* et sext*i*. Dies iste est *hódie.*[23]

prídie[26] *fúerat* d. Solis, 2-dus Augusti
núdius tértius[25] *fuit* d. Lunæ, 3-ius Augusti
heri[24] *erat* dies Martis, 4-tus Augusti
hódie est dies Mercúrii, 5-tus Augusti
cras[27] *erit* dies Iovis, 6-tus Augusti
perêndie[28] *fiet* dies Véneris, 7-mus Augusti
postrídie[29] *futurus* est d. Saturni, 8-vus Augusti
hódie octo[30] fuit 29-nus Iúlii; octo *abbinc* erit 12-mus Augusti.

Annus habet quatuor tempora,[31] *nempe: ver, æstatem, autumnum* atque *hyemem.* Ver incipit 21-mo Martii et *durat*[32] ad 21-mum Iúnii; quum æstas incipit; hæc *finit*[33] 21-mo 7bris, *tum incipit* autumnus, qui finem *accipit*[34] 21-mo Xbris, qui est *bruma; eo* die incipit hyems, quæ désinit 21-o Mártii.

Sol æstat*e* *matúrius*[36] surgit quam hyem*e* et *tárdius* occumbit; *idcirco* dies æst*ivi* hyem*álibus* sunt longiores.

meaning however is not Roman.—21. *In*, or *on* which.—22. Genitive sing. —23. Contracted from *hoc* (Abl.) *die*, to-day.—24. Yesterday; *erat*, is the *imperfect* of the Indic. mood of *est*, (he, she, it) *was*.—25. The day before yesterday, contr. from *nunc est dies tertius; fuit* is the past (perfect) tense of *est*, (he, she, it) has been.—26. Contr. fr. *priore die*, previous day, the day before, it can be applied for any "day before;" *fúerat*, is the pluperfect of *est*, (he, she, it) had been.—27. To-morrow; *erit*, is the simple future of *est*, (he, she, it) will be.—28. After-to-morrow; *fiet*, is the future of *fio*.—29. The day after-to-morrow; *futurus, a, um*, the fut. participle of *est*, together with *est* is its periphrastic future.—30. A week to-day; *abhinc*, from hence (a week).—31. Seasons; to wit: *ver, veris*, n., spring; *æstas, atis*, f., summer; *-us, i*, fall, autumn; *hyems, emis*, f., winter.—32. *-o,*[1] *vi, tum*, lasts.—33. *-io,*[4] *vi, tum*, to end; then.—34. *-io,*[3] *accepi, ptum*, to receive, get, comes to an end.—35. I., the shortest day of the year.—36. Adv. compar. from *-urus, a, um*, ripe, sooner, earlier; fr. *-dus, a, um*, late, slow, later;

At dies æstivi non modo[37] sunt longi verum etiam *câlidi.*[38] *Contra,*[39] dies hyemales non tantum breves sunt, sed etiam *frígidi.* Tunc[40] in dómibus *ignes* fácimus; domus sic *calefacta* est *fórmida.*

Sex dies septimanæ *laboramus*[41] die autem séptimo a labore *cessamus* atque *quiéscimus.* Dies Solis est dies *quieti*s, dies *festus,*[42] seu *festum.* Festa *huiúsmodi*[43] sunt 4-tus Iúlii, *libertatis vindicatæ,*[44] 22-dus Februárii, *natales*[45] *Georgii Washington, aliaque plura.*

Diebus festis tárdius súrgimus, *diútius*[46] *dormimus,* et tardius *cûbitum* pérg*imus.* Is qui semper *diu*[47] dormit, et *iusto*[48] tardius surgit, est *piger,* non *álacris.*

> Septem horas dormire *sat*[49] est *iuveni*que *seni*que;
> Octo *damus*[50] pigris, ter tres de *stémmate natis.*

Instrumentum[51] quod horas, minuta momentaque *índicat,* est *horológium,* quod *vero* dies, septimanas, menses, *ortum occasum*que solis et lunæ *ostendit,* est *calendárium.*

therefore; adj. of *æstas* summer (days); adj. of hyems.—37. Not only.—38. *-us, a, um,* warm.—39. On the other hand, opposite, contrary; *us, a, um,* cold.—40. At that time; *-nis, is,* m., fire; perf. p. fr. *calefacio,* heat*ed;* *-us, a, um,* warm.—41. *-ro,*[1] *vi, tum,* to work; *-so,*[1] *vi, tum,* to cease; *-sco,*[3] *quievi, tum,* to rest.—42. *-us, a, um,* holiday; the same as a noun.—43. *This kind,* does not change.—44. *-tas, tatis,* f., freedom; *-co,*[1] r., claim back. gain, vindicate (Gen., because *dies* understood, there being then two nouns, one of which must be in Gen.).—45. *-es, ium,* pl., birth-day; *Georgius, ii,* fr. *georgicus, a, um,* rural, farmer, George.—46. For a longer duration; *-io,*[4] r., to sleep; *-bo,*[1] *ui, itum,* to lie down.—47. Positive degree of *diutius*(46).—48. *-us, a, um,* abl. of comp., just, right, "later than what is wright;" *-er, a, um,* II., lazy; *-is, e,* brisk, sharp, quick.—49. Enough; *-is, is,* irreg. adj., Dat. young; *-ex, senis,* irreg. adj. old, Dat.—50. *Do,*[1] *dedi, datum,* to give; 9; *-ma, atis* (a shot), noble stock; *-us, a, um,* perf. part. of *nascor, nasci, natus,* to be born, Dat. pl.—51. *-um, i,* a tool; *-co,*[1] r., point out, indicate; *-um, ii,* a clock, or watch; while, but; *-us, us,* IV., rising; *-us, us,* IV., setting; *-do,*[3] *di, sum,* to show; a book containing the *calendæ.*

PENSUM DECIMUM

GRAMMATICA.

The names of the months are adjectives, but they are used, for the most part, as nouns.

Serial things are expressed by the *ordinal* numerals. Such serials are the hours (the minutes and seconds are not), days and years. When we say in English, 'it is *three* o'clock,' we mean that it is three strokes of the clock, or bell, indicating the *third* hour. Likevise, speaking of years we mean the eighteen-hundred-and-ninety-*sixth* year, though we say "ninety-six." The days we say properly: the *first* of January, the fif*th* of August. In Latin this principle is very strictly enforced. Consequently we say: Primus Ianuari*i*, millesim*i* octingentesim*i* nonagesim*i* & sext*i*; *i. e.*, all are ordinals. But if that number of years is meant, just like in English, we would use the cardinals.

According to the above we ask: *Quota* hora est? Answer: Est *tertia*. Quando surgit sol? Æstate surgit *quarta* cum dimidio, hyeme autem post sextam vel etiam septimam.

When a numeral signifies a *date*, that is, a minute, an hour, a day, a year, *on*, *at*, or *in* which a thing takes place, will be joined with Ablative; this is called the *Ablative of time*. In the sentence, Sol surgit *hora sexta* matutin*a*, the three last words are in Ablative. The same way, die-noctuque, hodie, horno (this year), æstate, vere, hyeme &c., are Ablatives.—Therefore, if we wish to say, *In* summer, *in* winter, *at* five o'clock, *on* Friday, last year, next year, &c., these words are simply put into Abl. (sing., or pl.) *without any preposition;* thus: Hyem*e*, æstat*e*, hor*a* quint*a*, di*e* Veneris, ann*o* superior*e* (or, elaps*o*), anno futuro, mens*e* proxim*o* (next), &c.; expl.; H*oc* vesper*e* laborem fini*vi*mus hor*a* quint*e* cum quadrante, hodie plus non laborá*bi*mus; sed cras matur*e* surg*e*mus, atque decem minut*is* ante septimam laborem incipi*e*mus, labor*ábi*mus quinas horas, tum, meridi*e*, quietem capi*e*mus (we *shall* take), dein laborabimus totum postmeridiem, hor*a* vero quint*a* cum tribus quadrantibus laborare cessa*bi*mus, atque hor*a* non*a* vespertin*a* cúbitum perg*e*mus.

Sex horas laborare, To work six hours; *Septem horas dormire*, To sleep seven hours. The *duration* of time, like in English, is expressed by *Accusative when* a thing happens, as stated above, otherwise by Abl. without preposition.

Cubitum pergimus. When two verbs occur in a sentence depending on each other, as: he *goes* to *sleep*, one of them will always be in Infinitive (*to* sleep); ex.: labor*are* cessamus, we cease *to* work. But, if the verb, upon

which the other depends, signifies motion, like *pergere*, *ire*, to go, the other verb will not take Infinitive in Latin, but *supinum*. As we mark the supinum of every verb, there will be no difficulty to find and employ it. As: *laboro*[1] *vi*, *tum*, the last, *laboratum*, is the supinum. Example: Quo perg*e*mus cras mane? Cras mane labora*tum* perg*e*mus.–Quando perg*e*mus dormi*tum*?–Heri quadrante post nonam cúbi*tum* perre*xi*mus, sed noct*e* futura dormi*tum* tardius ibimus (*eo*, we shall go).

EXERCITIA SCRIBENDA.

AD PENSUM DECIMUM.

1. Quid est hora? minutum secundum? — 2. Quid sunt septimana?–mensis?–annus?—3. Enumera dies septimanæ! menses anni!—4. Quo minuto, qua hora, quoto die, cuius mensis est finis (*end*) anni?—5. Quando fini*etur* (will be ended) sæculum XIX-um?—6. Quando reperuit Americam Christóphorus Columbus?—7. Quo anno est natus (born) Geórgius Washington?—8. Quando fuit libertas vindicata?—9. Quis (who) est piger?—10. Quómodo (*how?*) fiunt domus fórmidæ?—11. Quibus tempóribus anni est cálidum?–frígidum?—12. Quot horas dormire est sat?–quibus (to whom, pl.)?

PARADIGMATA·VARIA

A demonstrative pronoun, a I declension noun and a III. decl. adjective declined together:

DECLINATIO PRIMA

NUMERUS SINGULARIS	NUMERUS PLURALIS
Nominatívus; hæc casa húmilis	hæ casæ húmiles
Genitívus, huius casæ húmilis	harum casarum humílium
Datívus, huic casæ húmili	his casis humílibus
Accusatívus, hanc casam húmilem	has casas húmiles
Vocatívus,* — casa húmilis	— casæ húmiles
Ablatívus, hac casa húmili	his casis humílibus

*** The *Vocatívus* is a case only used in addressing a person or a thing. It has no endings of its own, excepting in the *us* masculines, sing. of the second declension; in all other cases it is like the Nom.**

DECLINATIO SECUNDA

A, *us* et *er*

NUM. SING.	NUM. PLUR.
Nom. hic culter acutus	hi cultri acuti
Gen. huius cultri acuti	horum cultrorum acutorum
Dat. huic cultro acuto	his cultris acutis
Acc. hunc cultrum acutum	hos cultros acutos
Voc. — culter acute	— cultri acuti
Abl. hoc cultro acuto	his cultris acutis

B, *um*

with the neuter (*e*) of a III. decl. adjective.

N. SING.	N. PLUR.
Nom. hoc pensum breve	hæc pensa brévia
Gen. huius pensi brevis	horum pensorum brevium
Dat. huic penso brevi	his pensis brevibus
Acc. hoc pensum breve	hæc pensa brevia
Voc. — pensum breve	— pensa brevia
Abl. hoc penso brevi	his pensis brevibus

DECLINATIO TERTIA

An interrog pron., an *is* f. noun, with an adj. in the I.

	N. SING.	N. PLUR.
N.	quæ turris alta?	quæ turres altæ?
G.	cuius turris altæ?	quarum turrium altarum?
D.	cui turri altæ?	quibus turribus altis?
Ac.	quam turrem altam?	quas turres altas?
V.	— turris alta	— turres altæ
Ab.	qua turre alta?	quibus turribus altis?

A III. decl. *O*-noun with the possessive pronoun *suus, a um,* (his, hers, its) and an adj. in comparative degree.

	N. SING.	N. PLUR.
N.	pabo suus maior	pabones sui maiores
G.	pabonis sui maioris	pabonum suorum maiorum
D.	paboni suo maiori	pabonibus suis maioribus
Ac.	pabonem suum maiorem	pabones suos maiores
V.	pabo — maior	pabones — maiores
Ab.	pabone suo maiore	pabonibus suius maioribus

An *us* III. decl. neuter noun with a present participle and an adj. in the superlative degree.

	N. SING.	N. PLUR.
N.	corpus radians maximum	corpora radiantia maxima
G,	corporis radiantis maximi	corporum radiantium maximorum
D.	corpori radianti maximo	corporibus radiantibus maximis
Ac.	corpus radians maximum	corpora radiantia maxima
V.	corpus radians maximum	corpora radiantia maxima
Ab.	corpore radiante maximo	corporibus radiantibus maximis

An *ex* III. f. noun with *qualis* and an adj. of one ending.

	N. SING.	N. PLUR.
G.	qualis forfex hebes?	quales forfices hebetes?
N.	qualis fórficis hebetis?	qualium forficum hebetium?
D.	quali forfici hebeti?	qualibus forficibus hebetibus?
Ac.	qualem forficem hebetem?	quales forfices hebetes?
V.	— forfex hebes	— forfices hebetes
Ab.	quali forfice hebeti?	qualibus forficibus hebetibus?

An *um* II. decl. noun with *istud* and an adj. of one ending.

	N. SING.	N. PLUR.
N.	istud tectum hebes	ista tecta hebetia
G.	istius tecti hebetis	istorum tectorum hebetium
D.	isti tecto hebeti	istis tectis hebetibus
Acc.	istud tectum hebes	ista tecta hebetia
V.	— tectum hebes	— tecta hebetia
Abl.	isto tecto hebeti	istis tectis hebetibus

DECLINATIO QUARTA

A IV. decl. m. noun with demonst. *idem* and the perf. participle *factus*, from *facio*.

	N. SING.	N. PLUR.
N.	*i*dem curr*us* fac*tus*	*ii*dem curr*us* fac*ti*
G.	*eius*dem curr*us* fac*ti*	*eorun*dem curr*uum* fact*orum*
D.	*ei*dem curr*ui* fac*to*	*iis*dem curr*ibus* fac*tis*
Ac.	*eun*dem curr*um* fac*tum*	*eos*dem curr*us* fac*tos*
V.	— currus fac*te*	— curr*us* fac*ti*
Ab.	*eo*dem curr*u* fac*to*	*iis*dem curr*ibus* fac*tis*

NB. Acus has its Dat. and Abl. pl. in ac*ubus*.

Domus with *talis* and the fut. pass. participle of *habeo*.

	N. SING.	N. PLUR.
N.	tal*is* dom*us* hab*enda*	tal*es* dom*us* hab*endæ*
G.	tal*is* dom*us* hab*endæ*	tal*ium* dom*uum* habend*arum*
D.	tal*i* dom*ui* hab*endæ*	tal*ibus* dom*ibus* hab*endis*
Ac.	tal*em* dom*um* hab*endam*	tal*es* dom*os* hab*endas*
V.	— dom*us* hab*enda*	— dom*us* hab*endæ*
Ab.	tal*i* dom*o* hab*enda*	tal*ibus* dom*ibus* hab*endis*

NB. We may also say dom*orum*.

DECLINATIO QUINTA

Dies with *ille* and an adj. in masc.

	N. SING.	N. PLUR.
N.	ill*e* di*es* fest*us*	ill*i* di*es* fest*i*
G.	ill*ius* di*ei* fest*i*	ill*orum* di*erum* fest*orum*
D.	ill*i* di*ei* fest*o*	ill*is* di*ebus* fest*is*
Ac.	ill*um* di*em* fest*um*	ill*os* di*es* fest*os*
V.	— di*es* fest*e*	— di*es* fest*i*
Ab.	ill*o* di*e* fest*o*	il*is* di*ebus* fest*is*

NB. Dies is also used in feminine.

The adjectives *unus*, *ullus*, *nullus*, *solus*, *totus*, *álius*, *uter*, *alter néuter* are thus declined: null*us*, nill*íus* null*i*, null*um*, null*e*, null*o*, Pl: null*i*, *æ*, *a*, null*orum*, *arum*, *orum*, null*is*, null*os*, *as*, *a*, null*i*, *æ*, *a*, null*is*. Those not ending in *us*, have no special Voc.

PARADIGMATA VERBORUM

In order to help the student to put the material thus far offered to more varied uses, we present the following paradigms, somewhat in anticipation as they are not yet due. Although these moods and tenses are not complete, they are the most essential ones, and may be learnt by an occasional glancing through them; they are of immense importance and knowing them before hand will render those which follow all the more easy for the student.

The first is the neuter verb *Sum*, I am.
Pres. Infin. *esse*, to be.
Perf. Infin. *fuisse*, to have been.

MODUS INDICATIVUS

TEMPUS PRÆSENS

I am, *ego sum*
thou art, *tu es*
he, she, it is, (*is*, *ille*) est
we are, *nos sumus*
ye are, *vos estis*
they are, (*ii*, *illi*) sunt

TEMPUS IMPERFECTUM

I was, *ego eram*
thou wert, *tu eras*
he, she, it was, (*is*, *ille*) *erat*
we were, *nos eramus*
ye were, *vos eratis*
they were, (*ii*, *illi*) *erant*

TEMPUS PRÆTERITUM PERFECTUM

I have been, *ego fui*
thou hast been, *tu fuisti*
he, she, it has been, (*is*) *fuit*
we have been, *nos fúimus*
ye have been, *vos fuistis*
they have been, (*ii*) *fuerunt* or *fuere*

TEMPUS PRÆTERITUM PLUSQUAM-PERFECTUM

I had been, *ego fúeram*
thou hadst been, *tu fúeras*
he, she, it had been, (*is*) *fúerat*
we had been, *nos fueramus*
ye had been, *vos fueratis*
they had been, (*ii*) *fúerant*

TEMPUS FUTURUM SIMPLEX

I shall be, *ego ero*
thou wilt be, *tu eris*
he, she, it will be, (*is*) *erit*
we shall be, *nos érimus*
ye will be, *vos éritis*
they will be, (*ii*) *erunt*

TEMPUS FUTURUM EXACTUM

I shall have been, *fúero*
thou wilt have been, *tu fúeris*
he, she, it will have been (*is*) *fúerit*
we shall have been, *nos fuérimus*
ye will have been, *vos fuéritis*
they will have been, (*ii*) *fúerint*

NB. 1. The personal pronouns (*ego*, *tu*, &c.) have no 3d person in the Nom.
2. When we need such we use, either the subject, repeating it for the occasion, or some of the pronouns, as, is, ille, ipse, hic.
3. The personal pronouns are seldom used at all, except for emphasis, or opposition
4. In addressing a person or a thing, always the 2nd person is used.

DECLINATIO VERBORUM

The meaning of the tenses can easily be gathered from the English of *Sum*.

The principal tenses being the *present*, the *past* and the *future*, we only present these, in the Indicative Mood, Active Voice.

VOX ACTIVA
Modus Indicationis
TEMPUS PRÆSENS

I	II	III	IV
ego labor*o*	ego hab*eo*	ego scrib*o*	ego fini*o*
tu labor*as*	tu hab*es*	tu scrib*is*	tu fin*is*
(is) labor*at*	(iș) hab*et*	(is) scrib*it*	(is) fin*it*
nos labor***amus***	nos hab***emus***	nos scríb***imus***	nos fin***imus***
vos labor***atis***	vos hab***etis***	vos scríb***itis***	vos fin***itis***
(ii) labor***ant***	(ii) hab***ent***	(ii) scrib***unt***	(ii) fin***iunt***

TEMPUS PRÆTERITUM PERFECTUM.

I	II
ego labor***avi***	ego háb***ui***
tu labor***a(vi)sti***	tu hab***uisti***
(is) labor***avit***	(is) háb***uit***
nos labor***ávimus***	nos hab***úimus***
vos labor***avistis***	vos hab***uistis***
(ii) labor***averunt***	(ii) hab***uerunt***
or labor***avere***	*or* hab***uere***

III	IV
ego scrip***si***	ego fin***ivi***
tu scrip***sisti***	tu fin***ivisti***
(is) scrip***sit***	(is) fin***ivit***
nos scríp***simus***	nos fin***ívimus***
vos scrip***sistis***	vos fin***ivistis***
(ii) scrip***serunt***	(ii) fin***iverunt***
or scrip***sere***	*or* fin***ivere***

TEMPUS FUTURUM SIMPLEX

ego labor*abo*	ego hab*ebo*	ego scrib*am*	ego fíni*am*
tu labor*abis*	tu hab*ebis*	tu scrib*es*	tu fíni*es*
(is) labor*abit*	(is) hab*ebit*	(is) scrib*et*	(is) fíni*et*
nos labor*ábimus*	nos hab*ébimus*	nos scrib*emus*	nos fini*emus*
vos labor*ábitis*	vos hab*ébitis*	vos scrib*etis*	vos fini*etis*
(ii) labor*abunt*	(ii) hab*ebunt*	(ii) scrib*ent*	(ii) fíni*ent*

NB. The *vi*, *ve* and *v*, in the perfect tense, were they are marked, are very often left out, without affecting the meaning.

PRÆSENS MODI INFINITI

labor*áre*	hab*ére*	scríbe*re*	fin*íre*

MODUS IMPERATIONIS

Sing.	labor*a*!	hab*e*!	scrib*e*!	fin*i*!
Pl.	labor*áte*!	hab*éte*!	scríb*ite*!	fin*íte*!

PARTICIPIA

PRÆSENS

labor*ans, tis,* hab*ens, tis,* scrib*ens, tis,* fin*iens, tis,*

PRÆTERITUM PERFECTUM

labor*atus, a, um,* háb*itus, a, um,* scrip*tus, a, um,* fin*itus, a, um,*

FUTURUM PASSIVUM

labor*andus, a, um,* hab*endus, a, um,* scrib*endus, a, um,* [fin*iendus, a, um,*

SUPINUM

labor*atum,* háb*itum,* scrip*tum,* fin*itum*

NB. Mark well, that the syllable next to the last is always the accented one, unless notated differently. The characteristic *a* of the 1st, *e* of the 2nd, and *i* of the 4th are always *long* and are to be so emphacised, while the *e* or *i* of the 3rd must be uttered *short.*

VOX PASSIVA

Modus Indicationis

TEMPUS PRÆSENS

I	II	III	IV
ego voc*or*	ego háb*eor*	ego trah*or*	ego aud*ior*
tu voc*aris(re)*	tu hab*eris(re)*	tu tráh*eris(re)*	tu aud*iris (re)*
(is) voc*atur*	(is) hab*etur*	(is) tráh*itur*	(is) aud*itur*
nos voc*amur*	nos hab*emur*	nos tráh*imur*	nos aud*imur*
vos voc*ámini*	vos hab*émini*	vos trah*ímini*	vos aud*ímini*
(ii) voc*antur*	(ii) hab*entur*	(ii) trah*untur*	(ii) aud*iuntur*

TEMPUS PRÆTERITUM PERFECTUM

ego vocat*us*,	ego háb*itus*,	ego tract*us*,	ego aud*itus*,
a, um, sum	*a, um, sum,*	*a, um, sum,*	*a, um, sum,*
tu vocat*us*,	tu háb*itus*,	tu tract*us*,	tu aud*itus*,
a, um, es,	*a, um, es,*	*a, um, es,*	*a, um, es,*
(is) vocat*us*,	(is) háb*itus*,	(is) tract*us*,	(is) aud*itus*,
a, um, est,	*a, um, est,*	*a, um, est*	*a, um, est,*
nos vocat*i*,	nos háb*iti*,	nos tract*i*,	nos aud*iti*,
æ, a, sumus,	*æ, a, sumus,*	*æ, a, sumus,*	*æ, a, sumus,*
vos vocat*i*,	vos háb*iti*,	vos tract*i*,	vos aud*iti*,
æ, a, estis,	*æ, a, estis,*	*æ, a, estis,*	*æ, a, estis,*
(ii) vocat*i*,	(ii) háb*iti*,	(ii) tract*i*,	(ii) aud*iti*,
æ, a, sunt,	*æ, a, sunt,*	*æ, a, sunt,*	*æ, a, sunt*

NB. Remember the examples: Georgius Washington *natus est* . . . . 3d conjugation.

TEMPUS FUTURUM SIMPLEX

ego voca*bor*	ego hab*ebor*	ego trah*ar*	ego aud*iar*
tu vocá*beris*	tu hab*éberis*	tu trah*eris*	tu aud*ieris*
or -bere	*or* -ébere	*or* -ere	*or* -ere
(is) vocá*bitur*	(is) hab*ébitur*	(is) trah*etur*	(is) aud*ietur*
nos vocá*bimur*	nos hab*ébimur*	nos trah*emur*	nos aud*iemur*
vos voca*bímini*	vos hab*ebímini*	vos trah*émini*	vos aud*iémini*
(ii) voca*buntur*	(ii) hab*ebuntur*	(ii) trah*entur*	(ii) aud*ientur*

NB. All passive and *deponent* verbs follow these models; hence *gaudeo*, being deponent in its perfect, will be gav*isus* sum, feminine, gav*isa* sum, &c., pl. gav*isi* sumus, f, gav*isæ* estis, &c.

EO. *Præs. Ind.* Eo, is, it, imus, itis, eunt. *Præt. Perf.* Ivi, ivisti, ivit, ivimus, ivistis, iverunt (ierunt, ivere, iere). *Fut. S.* Ibo, ibis, ibit, ibimus, ibitis, ibunt.

FIO. *Præs. Ind.* Fio, fis, fit, fimus, fitis, fiunt. *Præt. Perf.* Factus, a, um, sum, es, est, facti, æ, a, sumus, estis, sunt. *Fut. S.* Fiam, fies, fiet, fiemus, fietis, fient.

PRONOMINA INTERROGATIONIS

The answers given to these interrogatives will explain their meanings.

Quis?— ego, tu.—*Quid?* — currus, stèlla, equus.—*Qui?*—is qui; *qui* scopus? hic, qui . .—*Quod* fanum? — illud quod . . — *Ubi?* — in mola, in cœlo, super mensam, iuxta fabricam. — *Quando?* heri, hora tertia, millesimo septingentesimo octuagesimo nono.—*Cur, quare?* — quia, ideo quia. — *Quot?* duo, decem, tot (that many), totidem (as many). — *Quotus, a, um?* Primus, a, um, últimus, a, um.—*Quóties?*—semel, quinquies, tóties, una vice, decem vícibus.—*Quoteni, æ, a?*–singuli, æ, terni, æ, a, deni, æ, a.—*Quo?* in domum, ad molam, super tectum.—*Unde?* — e domo, a turre, e stábulo, ab aqua, de tecto.—*Qualis, e?* — altus, a, um, lucidus, a, um, opacus, a, um, iúvenis, e, senex, senis, piger,–gra, um álacer, álacris,–cre, fórmidus, a, um, cálidus, a, um, frígidus, a, um.

EXERCITIA GENERALIA SCRIBENDA
AD PENSA DECEM PRIORA.

(**These are answers; the students should reason out the questions and write out both**).

1. In hac patre prima Palæstræ habuimus pensa decem. —2. Nominativus Pluralis in Penso secundo tractatur. 3.— Est fanum.—4. Est mola.—5. Non sunt; mucrones sicarum sunt acuti.—6. Est; vocatur pabo.—7. Vocatur forfex.—8. Est scopus.—9. Quia sunt in cœlo.—10. Quum nec sol, nec luna neque stellæ lucent.—11. Est díes.—12. Eam aqua vertit. —13. Ab equo movetur.—14. Is non a planetis moveter sed abs se.—15. Trahit in fabricam; e mola.—16. Acus est multo acutior penicillo.—17. Iupiter est maximus omnium; est Mercurius.—18. Maxima sunt corpora cœlestia, minima autem infusoria.—19. Ii qui 100,000 centussium habent sunt paucissimi. —20. Qui 15 libellas e 50 perdit, habet residuas 35.—21. Duo quadrantes & denarius nec plus sunt nec minus quam 12 quinarii. —22. Vicies decem sunt totidem ac decies vicena.—23. Novem est semisse plus quam sex.—24. Si ¼ addimus uni quartæ, hanc autem dimidio, habebimus unum integrum.—25. In sæculo sunt — decennia, — quadriennia.—26. Sæculum XX-imum incipit — —; finit — —.—27. Annus *quivis* 4-tus est bissextilis.

in
intra

circa circum
extra ultra

super
supra

sub
infra